



kat.komp.

39195

Mag. St. Dr. P

*Verfasser: Joan. Thomae: Quaesitio theolo-  
gica de beatitudine formali.*

*Test. 2941*

Biblioteka Jagiellońska



stdr0001622

QUÆSTIO  
THEOLOGICA,  
DE BEATITVDINE  
FORMALI

EX I. 2dæ. D. THOMÆ DOCT: Angelici,  
PRÆSIDENTE

M. PAVLO WOIEWODZKI  
S. THEOLOGIÆ PROFESSORE,  
Collega Maiore, Ecclesiæ Collegiatæ  
S. FLORIANI Canonico;

A

M. JO ANNE THOMA JOZEPHOWICZ,  
*Philosophiæ Doctore, & Professore,*

Ad Publicam Disputationem,  
In Augusta D. Vladislai Jagellonis Aula,  
PROPOSITA.

Anno Domini, 1685. Die 17 Octobris.

CRACOVIAE, TYPIS VNIVERSITATIS,

BIBLIOTHECA UNIV.



JAGELLONICAR



Omnia , Virginei caelestia Sidera cultus in me

Ornamenta nitent ; nonne Serena manet ?

Cessit in ornatum Sol, totum lumine corpus

Com plexus : Capiti Sidera ferta ferunt :

Luna colit plantas, cornu radiata nitenti ;

Q x, tanti in medio luminis, umbra latet ?

39195

I

# S P E C V L O

SINE MACVLA,

# L I L I O

INTER SPINAS,

A U R O R Æ

In diluculo CONCEPTIONIS suæ Serenissimæ,

# M A R I Æ

# DEIPARÆ VIRGINI.



*Riumpkali circumfusam cothurno, Caliq; Serenis  
vectam fulgoribus, in Nube Materni uteri, Nubis  
Macula nesciam, Theologicis hisce Theſibus, Te sup-  
plex colo, INVENTRIX GRATIÆ, VALLIS  
LILIORVM AMENISSIMA, IMMACVLATÈ CON-  
CEPTA MARIA: Sparsisti nempe vt in totam terram, ita  
etiam in Athenæa Palladis Nostræ, antelucanos radios TV O S;  
quibus Orbi, Cimmeriis peccati noctibus indormienti, prima lu-  
cem inuexisti Aurora. Liliis itaq; Immaculatas plantas TV AS  
recto, & laborem studij mei, vestigijs pedum TV ORVM subster-  
no; vt quidquid in illo calcaueris, in Rosas certanti, efflorescat.  
Cui enim melius Questionem de Beatitudine Formali, ( que  
in visione consistit ) dicatam esse velim, quam TIBI, que  
( iuxta plurimos Doctores ) in primo instanti Conceptionis, DE-  
VM vidisti, oculiq; Diuini pupilla fieri meruisti, quam nulla  
athomus tangeret, vel umbra obtenderet Protoplasti. Quippe non  
dum erant Abyssi, nondum immensa Molis huius Opifex, terram  
pro fundamento omnium posuerat, nondum Calum in perpetuum  
Siderum cursum instruxerat, & iam tantum meruisti o VIRGO! vt  
ab ipso nondum exorso immensi temporis exordio, in MATREM  
UNIGENITI electa fueris! & in primo indignantis Iustitia ser-  
uore*

*nore, Diuinissimo aeterni Oraculi effato, victrix Originalis no-  
 xa desinareris, verbis illis: IPSA CONTERET CAPUT  
 TVVM. Et certè non alio Nomine, TE priùs gratam, ante-  
 quàm natam Sponsam, NV MEN ter augustum, à cæteris di-  
 stinxit creaturis, nisi ab immensa maris profunditate deriuato;  
 vt Orbis agnosceret, MARIAM vnionem vnum, de MARI GRATIA-  
 RV M in Orbem, dimanasse. Agnouere TE statim Immaculatam  
 Angeli, coluere Archangeli, adorauere Seraphini, dùm primi  
 prima, Immaculata TVæ Conceptionis solennia, (D. testimo-  
 nio Vincent: Ferr: Serm. 2. de Natiu:) celebrauere in Calo.  
 Quidni ergo & Orbis noster Immaculatam TE agnoscat? quid  
 ni sub niuis Aquilis TVI s Calo inspirata, decertet pro TVÆ  
 Conceptione Intelligentia? quam ipse Angelorum triumphus,  
 Orbi commendauit. Certabant hætenus sæcula, laboratumque  
 conatu maximo, tot annorum centenis in TVæ Conceptionis ar-  
 gumento, desudabant ingenia, quibus summum pugnandi pro TE  
 us concessum; at nobis iam tandem, obsequij tantum gloria re-  
 licta est. Quamquam nec modò ita arma premimus; vt pro TVO  
 honore non stringamus: placebit & Sagum, quod TVVS obtendet  
 honor. Neq; Parisiensis Uniuersitas, gloriam Nobis pro TE  
 confligendi præripiet: ibit, feretq; in certamen Clypeum, prom-  
 pta animis & calamis ALMA UNIVERSITAS Mea, si nostras, po-  
 scet impetus & fortuna Vires. Sed cum iam prolixis atatum  
 messibus, pro honore TVO semper decertans, vicerit, & repulerit  
 tela, plurimis modis infracta veritas, Theses has Theologicas, tri-  
 umphanti TIBI, in scabellum pedum TVORVM prostratus, offero  
 in applausum. Suscipe itaq; honoris TVI veditigal, quod dùm sub  
 Lunam sterno, flexo corde & capite expeto; vt qui nunc de Vi-  
 sione Beatifica, sub nube carnis decertamus, olim reuelatâ facie,  
 DEVM Deorum in Sion, TEq; Immaculatam Auroram contem-  
 plemur. Ita precatur.*

TUO calcaneo pridem & semper  
 accline mancipium

M. IOANNES THOMAS JOZEPHOWICZ Leop.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

# QUÆSTIO

## THEOLOGICA,

### DE BEATITUDINE FORMALI.

*Ex Prima Secunda D. Thomæ Doctoris Angelici.*

**V.** Beatitudo Formalis  
• consistens essentialiter  
in DE I visione, & ab intel-  
lectu Beati efficienter pro-  
ducibilis, reddensq; beatos  
ab intrinseco impeccabiles:  
sit ex natura sua incorrupti-  
bilis, nec ne?

CON-

# CONCLUSIO I.

**B**eatitudo Formalis, essentialiter in DEI visione consistit.

## COROLLARIA.

- I. Essentia Beatitudinis Formalis, est affectio objecti beatifici.
- II. Homo per intellectionem, quæ est prævia ad actum voluntatis, verè affectitur vltimum finem.
- III. Beatitudo Formalis, non consistit formaliter in actu voluntatis: sed in solo actu intellectus.
- IV. Beatitudo Formalis, in vno, non in pluribus actibus consistit.
- V. Quamuis Beatitudo cõpletivè sumpta, & quo ad statum, non sit vnum per se: id tamen de Beatitudine Formali, nequaquam verificari potest.

CON-



## CONCLUSIO II.

**B**eatitudo Formalis, efficien-  
ter producitur ab intellectu  
Beati.

### COROLLARIA.

- I. Intellectus Beatorum, de facto vi-  
det DEUM, per visionem ab ipsis  
elicitam.
- II. Implicat intellectum Beati, ad Bea-  
titudinem Formalem merè passiuè  
se habere.
- III. Beatitudo Formalis, non est habi-  
tus aut actus primus, sed operatio,  
seu actus secundus.
- IV. DEUS se Solo, etiam de potentia  
absoluta, non potest producere vi-  
sionem beatificam, aut aliquem a-  
ctum vitalem.
- V. Quamuis per impossibile, intellectio  
à solo DEO produceretur, & intel-

lectui creato infunderetur; non red-  
deret tamen illum intelligentem, aut  
videntem.

### CONCLUSIO III.

**B**Eati, per Beatitudinem For-  
malem, redduntur ab intrin-  
seco impeccabiles.

### COROLLARIA.

- I. Visio beatifica, omnem potentiam  
peccandi, omnino à Beatis exclu-  
dit: cùm sit causa sufficiens impec-  
cabilitatis Beatorum.
- II. Licet repugnet Creaturæ, esse impec-  
cabilem per naturam, potest nihilo-  
minus ei conuenire impeccabilitas  
per gratiam, eamq; consumatam  
Patriæ.

III.

III. Et si de facto Beati, visione & amo-  
re DEI, impeccabiles reddantur;  
si tamen de potentia DEI absoluta,  
amor ex visione non procederet:  
tunc ratione solius visionis impec-  
cabiles remanerent.

IV. Visio beatifica incompossibilis est,  
cum peccato tam mortali, quam  
veniali.

V. Visio beatifica non tantum est in-  
compossibilis cum peccato actuali,  
tollendo potentiam ad peccandum:  
verum neq; de potentia absoluta, po-  
test componi cum peccato habituali.

#### CONCLUSIO IV.

**B**eatitudo Formalis ex natu-  
ra sua, est incorruptibilis.

CO-

## COROLLARIA.

- I. Perpetuitas seu inamissibilitas Beatitudinis, exigitur ad tollendam anxietatem Beatorum, & quietandum appetitum illorum.
- II. Visio DEI, ut est Beatitudo, neq; ex voluntate ipsius videntis, neque ex voluntate DEI, neq; ex aliquo extrinseco impediēte, cessare potest.
- III. In intellectu Beati lumine gloriæ illustrato, non datur potentia naturalis: sed tantum obedientialis, ad non esse visionis, quæ tamen potentia non sufficit ad hoc, ut visio beatifica possit dici ab intrinseco corruptibilis.
- IV. Ratio corruptibilitatis vel incorruptibilitatis, non desumenda ab extrinseca potentia DEI, à qua omnia

omnia liberè conseruantur, verùm  
ab intrinseca potentia, quâ caret be-  
atitudo; non minus quàm Substan-  
tia ipsa Spiritualis.

V. De essentia Beatitudinis, non est  
tantùm æternitas in re, sed etiam  
mente concepta.

D E O

Laus, Honor, & Gloria,  
in æternum.





SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,  
*Perillustris, Magnifici, & Admodum Reuerendi Domini*  
D. M. FRANCISCI  
PRZEWOSKI,  
S. Th. Doctoris, & Professoris, Collegæ Ma-  
ioris, Ecclesiæ Collegiæ S. ANNÆ Decani,  
Scholastici Curzelouiensis, Contubernij  
Hierosolymitani Prouisoris, Studij Almæ  
Vniuersitatis Cracouiensis Generalis,  
& Vigilantissimi RECTORIS.

Don

C

I,

Ma

cani,

enij

æ

